

## QVÆSTIO III.

AN LVX OMNIVM ASTRORVM, ET  
vniuersim lux omnis, eiusdem sit speciei, nec ne.

ARTICVLVS I.  
DISPVATATIO IN NEGATIVAM  
partem quæstionis.



Primum arg.

2. arg.

3. arg.

4. arg.

5. arg.

De luce  
corporum  
gloriosorum.Pulchritu-  
do in quo  
consistit.

Vnde lux astrorum, saltem diuersis orbibus inherentium, non vnius tantum speciei sit, probari potest. Primo, quia lux consequitur naturam corporis lucidi, ut nobilissimus eius aetius. Quare cum astra diuersorum orbium inter se specie disideant, eodem pacto differet eorum lux. Secundo, quia sydera interueniunt, ac ministratio lucis alia multa effecta specie differentia in sublunari mundo edunt, quo um distinctio, causa distinctionem arguit. Tertio, quia lux Solis sua praesentia obterit, atque obscurat lumen stellarum, adeo ut earum species visiles ad nostrum aspectum non perueniant (inde enim videtur esse, quod nobis interdiu non apparent) at que eiuidem speciei sunt non se ita impediunt, nec interturbant, sed potius mutuis iuvant auxilijs, vt calor caloris, ignis igni additus.

Deinde quod neque lux sublunaris eandem specificam naturam in omnibus lucidis corporibus fortita sit, ostenditur ex diuerso modo collucendi; siquidem nouilla tam noctu, quam interdiu fulgent, ut ignis: alia noctu tantum, ut quercus putrida, & cicindela, seu nitedula, quae noctu per aerem uno alarum hiatu renident, nunc compressa obumbrantur. Praeterea quedam splendent alieno & aduentorio lumine, vt aer; quedam proprio, & nativo, vt ignis.

Postremo quod saltem lux corporum beatorum diuersæ naturæ futura sit, probatur. Primum, quia tribuitur ad elevandum corpus ad supernaturalem statum, nec est commensurata alicui corpori naturali, cum ex nullius principijs sicut, proindeque supra naturæ vim est, & alterius ordinis. Secundo, quia repugnat idem corpus simul coloratum esse & lucidum nostra hac luce, siquidem color est extremitas in corpore terminato, ut docet Aristoteles in lib. de sensu, & sensibili cap. 3. at beatiorum corpora & luce, & pulcherrimis, ac, vivacissimis coloribus perfusa erant: luce, quia una est quatuor eorum dotibus est claritas; coloribus, quia pulchritudo, qua in beatis eximia erit, consilit in apta membrorum compositione cum quadam colorum figura-

suauitate. Tertiò, quia corpora glorioſa erunt translucida & diaphana, ſimulque videbuntur per propriam lucem; cùm tamen noſtrate luce nullum perſpicuum ab ſe, ſed aliena luce fulgeat, ut docet Ariftoteles 2. de anima cap.7. text.8.

## ARTICVLVS II. PROPOSITÆ DVBITATIONIS enodatio.

**G**N hac diſceptatione potior, veriorque videtur ſententia Concluſio  
afferens omnem lucem, quæ corporibus per vim naturæ ob-  
uenit, vbiique eiusdem eſſe ſpeciei, quam tuetur D. Tho-  
mas in 4. diſt.44. quæſt.2. art.4. & alijs. Etsi M. Albertus 2.  
p. ſummae, in q. de lumine. Item Aegidius in 2. d. 13. in 2. principali  
q. 1. Richardus ibidem in 1. principali q.4. & Argentinas cādem diſ-  
tinzione q. vnic. art.1. cœleſtem lucem ab inferiori, ſpecie diſtin-  
guant. Primū igitur quod omnis lux cœleſtis in eandem ſpeciem  
conueniat ex eo probatur, quia aſtra omnia, ut progreſſu patebit, eſto  
non nihil ex ſe habeant lumeniſ; reliquā tamen à Sole mutuantur. Vel  
igitur lumen natuum & aſcitum cuiusque ſideris vniuntur in vnam  
naturam ſingularem, vel non; ſed manent in eo diſcreta ac diſtincta  
numero, ſpecieque. Si datur primū, habetur propositum; ſi poſte-  
rius, id ex eo coarguitur, quia lumen aſciturum intendit natuum; quæ  
autem ſe intendunt, in vnum ſingulare per ſe coeunt. Accedit, quod  
non eſt inducenda naturarum diſtinzione citra neceſſitatem, quæ tamen  
neceſſitas in re ſubiecta minimè apparet. Eodem argumento concludi  
poſte, neque lumina cœleſtia à ſublunaribus, neque ſublunaria inter  
ſe ſpecie diſiungit; cùm omnia ſe ſe mutuiſ incrementis augeant, neque  
vlla neceſſitas naturæ, inter ea diſerifatatem conuincat.

Quæres tamen, quandoquidem ab his naturæ diſcribenſ ſuſili-  
mus, quo nam pacto inter eis diſtinguantur lux primaria, & ſecun-  
daria, lumen, radius, ſplendor. Reſpondeamus ex D. Thoma in 2. diſt.  
13. quæſt. vnic. art.3. & alijs, & ſi interdum hiſce vocabulis promiſcū  
Philosophi vtantur; propriè tamen lucem absolute, & lucem prima-  
riam dici à perſpectuioſis quæ eſt in ſuo fonte ſue in ſubiecto proprio,  
ſecundariam, quæ non ita ſe habet. Deinde interdum primariam vo-  
cari, quæ per directum radium funditur. Secundariam, quæ à latere ex-  
tra radiorum incidentiam oblique ſpargitur. Item lumen dici prout  
eſt in medio: radium prout à lucido corpoſe ſecundum rectam lineam  
procedit: ſplendorem prout eſt lumen reflexum à corpoſe, in quo recta  
porrigitur. Sed enim adhuc radius, fulo nominis ſignificatu, diuidi con-  
ſuevit in rectum, reflexum, fractum, ac refractū; diciturq; rectus cùm ſue  
obſtaculo à luminofuſo recta pergit: reflexus, cù in corpus opacuſ incurrit,

Conſirma  
tio concy

Quo d iſſe-  
rat hoc pri-  
maria.  
Lux ſecun-  
daria.  
Lumen.  
Radius.  
Splendor.  
Radius re-  
ctus.  
Reflexus.  
Fractus.  
Refractus.

cademque via in se ipsum reciprocā conuersione reddit: fractus, cūm à  
medio raro in densum se le coligit, vt cū ab aere defiliens in aqua  
trajectus: refractus, cūm à medio denso in rarius diffundatur.

Porrò non asservimus initio articuli omnem lucem esse eiusdem  
speciei, sed omnem, quæ per vim naturæ obuenit, quia de luce corpori  
rum glorioforum maior dubitatio est num à cæterorum corporum

An luc cor  
porum glo  
rificorum sit  
enim spes  
cetera lucis  
aliorum cor  
porum.  
Opinio D.  
Lutonius.

Porro utraque pars æqualem fere pro  
babilitatem. Afirmatiūam sequitur Richardus in 4. dist. 49. art 4.  
quest. 6. M. Albertus & Ægidius locis citatis, atque eam potissimum  
luadet prima ratio earum, quas in quinto argomento articuli super  
ioris pro eius confirmatione attulimus; ceteræ enim minus sunt ef  
ficaces. Negatiūam approbat D. Thomas in 4. dist. 44. quest. 2. art. 4.  
ad 1. Pro qua est in primis illud, quod hæc sententia videtur magis  
consentanea testimonij sacrae paginae docentis corpora gloria fere  
lucida tanquam solem. Item quia in corporibus gloriofis erunt co  
lores eiusdem speciei cum nostris, eti longè pulchriores; nec enim fa  
cile est intelligere candorem alterius naturæ & speciei. Quare & lux  
eiusdem erit rationis.

### ARTICVLVS III.

#### QVO PACTO ARGVMENTIS PRI MI articuli respondendum fit.

Sal primi.



Illiūmus nunc argumenta initio proposita. Ad primum  
eorum, quæ probare contendebant aliorum lucem differ  
re specie inter se, respondemus, lucem non consequi natu  
ram peculiarem cuiusque astrī tanquam differentiam, aut  
proprietatem reciprocā illius, sed tanquam accidens omnibus luci  
dis corporibus commune.

Sal. secundus.

Ad secundum, esto ex luce prouenant in inferiori mundo effecta  
specie diuersa. Nam Sol illius interuentu calorem producit, quo leo  
nem, murem & ranam generat: hæc tamen effecta non arguere dif  
finitionem specificam in luce, quemadmodum nec in calore. Ni  
rum diuersitas specifica in accidentibus non ex ultimis effectis, quæ  
vecumque attingunt, sed ex immediatis actionibus peti debet, vt ca  
loris ex calefactione, frigoris ex frigefactione; alioqui etiam calor, qui  
disponit ad generationem hominis differret specie ab eo, qui ad gene  
rationem leonis concurrevit.

Sal. tertius.

Ad tertium, lucem Solis non obscurare syderum lumen quasi il  
lum perimat, vt quidam aiunt, aut traiectionem specierum ad oculi  
non intercipiat; sed quia lege naturæ sit, vt matus sensibile, si nim  
ium excedat, impedit minus. Sic enim in tabulis pœtis, cùm ni  
mio splendorie offenduntur, nec imagines, nec colores distinguimus,

Diversitas  
specificæ  
accidentium  
vnde pete  
da.

sed

sed lucem tantum, saltem clarè, videmus. Sic cùm vehe mens sonus au-  
res implet, nihil præterea, saltem distinctè, audimus. Impediri verò mi-  
nus sensibile à maiori non est aliud, quām manus sensibile ob ius excels  
lentiam ita sensum occupare, vt aliarum rerum sensum, aut non eliciat,  
aut elicit ita obscurè, & tenuiter, vt eas ab alijs non intercolat.  
Cùm igitur lux Solis supra nostrum horizon tem fusa, comparatione  
luminis syderum tam longè distantium sit sensibile maius, ac nimium  
excedens; ob id sydera à nobis interduo non videntur. Vnde si oculus in  
profundo sit puto, atque aer apertus purisque, die media, astra vide-  
bitz, quia nimis alius non perstringitur luce Solis, quin potius in  
umbra (quæ in altitudine putari est quasi nox) colligit, vnitque visum,  
eoque firmiorem reddit.

Plinius H.  
2.c.14.Sca-  
liger Exer-  
cit. 62. in  
Card.

Ad aliud argumentum ex diuerso collucendi modo inferiorum cor-  
porum dicendum, non colligi ex eo esse entiale lucis discrimen, sed acci-  
dentialium duntaxat.

Quod attinet ad rationes, quibus ostendebatur lucem corporum glo-  
riolorum ab omni alia luce specie distinguiri, si quis negatiuam partem  
tueri volet, respondeat ad primam, lucem corporum gloriosorum secundum  
suam speciem non esse supra naturæ vim, cùm alia eiusdem spe-  
ciei ex ordine facultateque naturæ in alijs corporibus V. G. in astris re-  
periatur. Præterea eiusmodi lucem ex vi & proprietate sua speciei co-  
mensurata esse aliquibus corporibus naturalibus, vt eisdem astris ab  
eorumque forma dimanaret, ac proinde secundum suam speciem & esse  
tiam non esse ordinis supernaturalis, quanvis supra naturæ facultatem  
tribuenda sit humanis corporibus, ingenio suo terreni, crassisque, ve-  
vnâ cum ceteris dotibus, & ornamentis concurrat ad ea perficienda, &  
illustranda, prout beatissimi illius status conditio, & dignitas postulat.  
Itaque fateendum est lucem corporum gloriosorum fore supernatura-  
lem quoad modum, quo producetur, sed negandum fore supernatura-  
lem quoad suam naturam & speciem: quemadmodum facultas viden-  
tiæ cæco diuinitus collata, qualitas est ordinis naturalis, esto per superna-  
turalion actionem efficiatur.

Ad secundam dicendum non repugnare idem corpus & lucidum &  
coloratum esse, vt patet in nitidulis, & queru putrida. Sane verò licet  
in his, alijsque etiammodi lux & color non nisi alternativum videantur, si  
quidem cùm hic appareat, illa occultatur, cùm illa niter, hic abscondatur:  
in corporibus tamen gloriosis alia ratio erit, quia utrumque eam tem-  
perationem fortietur, vt neutrum alteri futurum sit impedimentum quo  
minus ambo simul cōspiciantur tam in extrema superficie, quam in tor-  
so. Adde licet in plerisque, non vniuersim tamen in omnibus corpo-  
ribus, quæ apud nos sunt, repugnare, videri simul perspicuitatem lucen-  
tem & color em, vt patet in vitro concolorato & in arodo, in quibus

Contra M.  
D. Thoma  
4.d. 44. q.  
2.art. 4.  
Alb. in 4.d.  
46.arti. 30.  
Scotum. d.  
49. q. 7.  
& alioz.

lux & color simul videntur. Ad tertiam concedendum est cum D. Thoma in 4.d. 44 q. 2.art. 4.  
queſtione, ad 2. Paludano ibidem q. 5. ar. 2. concl. 2. & 3. Argentinatæ  
d. 49.

qui nō  
sit cōfici-  
le mār' na  
pedire sen-  
sibile min'

In p̄galo  
puto die  
media vi-  
deri stellas

Solut. 5.

Lux corpo-  
rem glori-  
osorum ex  
sua specie  
est ordinis  
naturalis.

Erit tamen  
supernatu-  
ralis, quo  
ad produc-  
tionem.

etiamque

etiamque

etiamque

etiamque

etiamque

d.49.q.1.2r.1 Alensi 3.p.3.22.memb.2.ar.1. & alijs corpora glorioſa fore simul & trāſparētia & ppria. luce coīpiciua: quia quāvis id naturē facul tate, ſaltē ordinariē, non contingat diuina tamen virtute fieri potest.

## QVÆSTIO IV.

NVM ASTRÆ DE SVOLVCEANT, VEL  
potius lumen à Sole mutuentur.

## ARTICVLVS I.

STATVITVR VERA SENTENTIA,  
eademq. aliquot argumentis oppugnatur.

1. assertio.

Vnt qui putent quidquid luminis singulæ ſtellæ Hæc de re  
habent, id totum à Sole hauriri quod ité Anaxi- Plotare, li-  
mader, Antiphō & Cleomedes de luna pronuntia ſe placit.  
Alij, è quorū numero ſunt Auicenna & Macro- tis c. 37.  
bius ſolā lunā à Sole mutuari lucē crediti; reliqua  
verò altra de luo collucere. Statuēda tamen eft hæc  
assertio, quæ cōmunior Astrologorū conſensus ap-  
probat. Tam ſtella fixa, quæ planetæ lumen à So-  
le mutuantur ita tamen ut aliquid ex ſe lucis polideant.

Prior huius assertionis pars ita ſuadetur. Luna accipit lumen à Sole,  
ergo & reliqua altra. Probatur antecedens, priuatu ex luna deliquio, quod  
nō eft aliud, quæ luminis quod alia à Sole accipit, priuatio. Secundo, quia  
luna pro vario ad Solē aſpettu varie illuſtratur, ac diuerſas induit figu-  
ras, crescentiē, aut ſenectetiē, modò curvata in cornua, modò aqua pro-  
portionē diuifa, modò orbe pleno. Videlicet vbi congreſus cù Sole ini-  
git, inde corniculata emicat: tū ad ſep̄tinū vſq. diē augelcens medio orbe

Varietate  
figuræ.

Apuleius.

sexta confpicitur: deinde paulatim in rotundum circinatur, ac decimo  
quarto die, cum ex diāmetro Soli oppoſita eft, recepto quoquouerſum  
Splendore, plena fit: inde ſenectetiē decrementū init, ac tandem ad eadē vi-  
ces redit. Ni mirum quia prout hac, aut illa, maiori, aut minori ſu partē  
accommodatē ad haurientiū lumen, Soli reſpōdet, ita ab eo illuſtratur.

Vnde luce clarioris eft luna à Sole lumen accipere. Quod A puleius in lib.  
de Deo Socratis, ita fere expreſſis, luna Solis amula, noctis decus ſeu  
corniculata, ſeu diuidua, ſeu pertunida, ſeu plena fit, varia ignium face,  
quāto longius abit à Sole, tanto largius illuminata, pari incremento iti  
neris, & luminis mensem ſuis aetibus ac paribus diſpendijs extimat.

Præterea confirmatur eadē assertio, quia planetæ quo Soli propin-  
quiores ſunt, eo, cat teris paribus, magis lucent, nimirum quia magis à  
Sole illuminantur vi in Marte, & Venere apertum eft. Accedit quod ob  
medio plā id etiam videtur Sol in medio planetarum collocatus, vt inde tam fu-  
nctorum- perioribus, quā inferioribus astris lumen commode impetrat. Vnde ab  
Heraclito fons locis, & ab Astrologis planetarum cor appellatur.

Poſterior verò ſiuldē assertionis pars ea ratione oſtēditur, quia phebe,  
qua-

De hīſee  
diſſerentijs  
Pintius II.  
2.c.38.

Sol Plane-  
tarum cor.